



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

76 Ius idem viget, ubi eadem ratio militat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

*Universit. numer. 9. cum alijs supra allegatis.*

Præmissa etiam procedunt, ubicunque parochiales ecclesiæ nullos redditus, vel adeò tenues habent, ut parochi certa annua, vel menstrua pecunia summa à parochianis conducantur, quia collectæ pari modo per solidum, & libram juxta <sup>79</sup> cujusque patrimonij, & illius allibratio-  
nis quantitatem, sunt imponendæ. Cum  
<sup>76</sup> enim eadem ratio militet, idè jus statui debet. *L. lib. ff. adl. Aquil. Crav. cons. 183. n. 3.*

<sup>77</sup> Maxima tamen oritur in iustitia, si in dictis casibus per capita hominum, vel capita domorum collectæ essent per fol-  
vende, quia ut plurimū pauperes nihil possidentes, & ex eorum labore, & indu-  
stria tantum viventes, sunt prole onusti, ita quod si per capita hominum pauperrimi, qui numero multi sunt, in majori pecunia-  
rum summa concorrere cogerentur, & gravius onus sustinerent, quam ditiōres: si <sup>78</sup> per capita domorum, tantum misera-  
biles persolverent, quantum divites, & opulent: & tamen pauperes, quorum no-  
ta est paupertas, ut hi, qui dietim laborant pro victu querendo, nihil conferre debent, ut inquit bald. *in l. etiā n. 28. C. exerc. rei jud.*

<sup>78</sup> Inter pauperes tamen, & divites etiam rusticos, maxima habetur differentia. Divi-  
tes enim sunt de Consilio, administrant bona communia, habent inter se officia, prærogativas, honorantias, ditiōres bal-  
dachinum ferunt, habent particulares se-  
pulturas & sedilia in decentioribus locis ecclesiæ: & pauperes vero stant in locis à  
choro remotioribus, sepeliuntur in cōmi-  
terio extra ecclesiam, & non participant de  
honoribus, quibus divites gaudent. In di-  
stributione candelarum quæ singulis annis  
fit in solemnitate festivitatis Purificationis

B. Mariæ, divitibus maiores distribuuntur, & idè, qui honoribus, & commoditatibus præcellunt, congruum est, ut majori gravamine onerentur, argum. text. in l. se-  
cundum naturam, ff. de regul. juri, & cap.  
qui sentit, eod. tit. in 6.

Magnates vero fac locorum primates, quò conteris potestate præminent, ac dignitate præfulgent, eò in divinorum ope-  
rum sumptibus ad pauperum subiectorum levamen largiores, ac munificentiores esse  
debent, illi enim inter cetera, variis gaudēt  
honoribus, à subditis tanquam Reipubli-  
cæ columnæ venerantur, ad eorum nutum  
populus universus obtemperat. Et sicut etiam ad ipsorum habitationem decentiores  
ac honoratores civitatis ædes assignantur,  
ita & in templis, & ecclesiis, ubi ad divina  
peragenda convenit, supreamas in popu-  
lo sedes non ipsi soli sed & tota illorum  
familia obtinet. At hic haud prætermittam,  
quod alicibi non satis laude dignum  
fieri solet. Ubi locorum dominii, & qui  
nobilitate, aut magistratus honore præcel-  
lunt sedes sibi in ipso Ecclesiæ choro habe-  
re prætendent, easque nulla loci, qui Dei  
sacerdotibus rea divinam facientibus tan-  
tum dicatus est, ratione habita, ibi consti-  
tuere non dubitant, antiquorum Imperatorum  
vestigia, minimè, ut æquum esset,  
æmulantes. Theodosius enim (ut alios me-  
morandæ pietatis, ac sanctitatis tageam)  
Junior Imperator templum ingressurus sa-  
cra altaria manerum tantum offerendo-  
rum gratia accedebat, quibus oblatis, ad  
extimum communeque atrium mox se re-  
cipiebat, ut testat. Baron. *in lib. ann. Eccles. tom. 5. ann. 413. pag. 158. in fin.*

Finis Secundæ Partis.

10.

